Fragmentarium

rationibus feminarum · Et tunc demum ingrediebantur ad regē;
tq· post lauacri · ut sarai postquam placuerat regi · dum parantur
tur ad regē preparatur introitus · Et abrahae pharao multa donaue
rit · Et postea pharao sit percussus a dn̄o · illa adhuc intacta ab eius
concubitu permanente; Et ascendit abram ex egypto ipse
et uxor eius · Et omnia quae illius erant Et loth cum eo ad
australem plagam; Erat abraham diues ualde in posses
sione argenti et auri; Reuersusque est per iter quo uene
rat a meridie in bethel Et rlq; Pulchre de egypto libera
tus ascendisse dr̄, Sed occurrit sensui illud quod sequitur; quomo
do potuerit exire de egypto fuisse diues ualde; quod solutum illa
hebraica ueritate · in qua scribitur · abraham grauis uehementer
in greco BAPYC ΦOΔPA · aegyptiorum pondere grauabatur;
licet uideantur esse pecoris diuitiae auri et argenti · tamen si
aegyptiae sint uiro sc̄o graues sunt; Denique non ut in septuaginta
legimus abiit unde uenerat in desertum usque bethel; Sed sicut
in hebreo scriptum est; abiit in itinere suo per austrum usque bethel;
Narrato enim de aegypto profectus · ut non desertum ingrederetur
quod egypto reliquerat · redit per austrum qui aquiloni contrarius
est ut ueniret ad domum dī ubi fuerat tabernaculum eius in medio
bethel et aī · bethel ciuitatula est in duodecimo ab elia lapide
a dextera euntibus neapolim · quae prius luza id est amigdolon
uocabatur · et cecidit in sortem tribus beniamin; Aī in tribu iude
est usque sacerdotibus separata · interpretatur autem bethel
domus dī; aī uero oculus uel fons; Et bene abraham tabernaculū
suum in monte qui erat inter bethel et aī · figere dr̄. ibique altare
dō aedificare · quia sci uiri postquam a mundi principe · et saeculi
uoluntatibus necesserunt · abluti fonte sacri baptismatis · cursu
prosequentur uitae castae et considerate lucentes · hostiam laudis
ac bonorum operum in altari rectae fidei dō exhibendo · ad domū
dī caelestem uidelicet hierusalem feliciter tendunt.,

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 395, 1v – Hrabanus Maurus, Commentarius in Genesim
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-co0e/380/5582)